

Sermo

De innocentibus.
Apocalipsis. xiiij.

In diebus illis. vidi supra montem spon agnum statem. et cum eo centum quadraginta quatuor milia habentes nomen eius et nomen patris eius scriptum in frontibus suis. Et audivi vocem de celo tanquam vocem aquarum multarum. et tanquam vocem tonitruum magnam. Et vocem quaz audivi sicut cithararum. et citharizantium in citharis suis. et cantabant quasi canticum novum ante sedem dei et ante quatuor animalia et seniores. Et nemo poterat dicere canticum nisi illa centumquadragintaquatuor milia qui empti sunt de terra. Hi sunt qui cum mulieribus non sunt contaminati. virgines enim sunt. Hi sequuntur agnum quocumque ierit. Hi empti sunt ex hominibus primitie deorum. Et in ore ipsorum non est inuentum mendacium. sine macula sunt ante thronum dei.

Evangelium. Mathei. ij.

In illo tempore. Angelus domini apparuit in somno ioseph dicens. Surge et accipe puerum et matrem eius: et fuge in egiptum. et esto ibi usque dum dica tibi. Futurum est enim ut herodes querat puerum ad perdendum eius. Qui confurgens accepit puerum et matrem eius nocte: et recessit in egiptum. et erat ibi usque ad obitum herodis ut adimpleretur quod dictum est a domino per prophetam. Et egipto vo

Decimusseptimus

¶

caui filium meum. Tunc herodes videns quia illusus esset a magis: iratus est valde. Et mittens occidit omnes pueros qui erant in bethleem et in omnibus finibus eius a bimatate infra. Et tempore quod exquisierat a magis. Tunc adimpletum est quod dictum est per iheremiam prophetam dicens. Vox in rama audita est ploratus et ululatus multus: Rachel plorans filios suos. Et noluit consolari quia non sunt.

Sermo decimusseptimus.

Sponsus sanguinum tuum mihi es. Exod. iij. Ista verba sunt zephore ad moysen quando circumcidit filium iunioris. Spiritualiter autem sunt verba ecclesie ad christum proferentis magnitudinem sui amoris. Siphora interpretatur speculans eum. et signat ecclesiam. cui sponsus ait cant. iij. Mulnerasti cor meum soror mea sponsa vulnerasti cor meum in vino oculorum tuorum. et in vino crine colli tui. Soror dicitur propter naturam conformitatem. Sponsa propter desponsationis fidem. et indissolubilem unionem. Hec bis vulnerasse dicitur cor fratris et sponsi. scilicet speculo amoris et speculo timoris. Unde sequitur. in vino oculorum. id est in vino affectu dilectionis. qui est dexter oculus mentis. quia plus amat deus affectu caritatem: quam intellectu subtilitate. Unde ecci. xix. Melior est homo qui deficit sensu in timore quam qui abundat sensu: et transgreditur legem altissimi et in vino crine colli tui. Crines sunt cogitationes: qui ad collum sponse ubi est iugum obedientie reducuntur. et in vino

e. ij.